

AD D. S. RADES. A RADES.

POETAM. L. & I. V. C.

I. T. A.

O Vates nitida candidior niue.
Quem Pallas gremio sustinuit suo
Edoctum variis artibus, Inclita
Te donat Lauro iam viridi Themis,
Nocturnis requies illa doloribus,
Exoptata diu stat tibi, stat tuis.
Acceptes igitur nec renuas sacra,
Gentis Romanæ gloria, Pacius
Quæ dat dona Tuis digna laboribus.
Hæc sunt virtutis præmia Candidæ,



MELOS

AD NOBILEM ET ORNATISS.

VIRVM

SAMVELEM RADESCHINVM

DE RADESCHOVICA,

PORTAM LAVREATVM,

IOHANNIS, GENEROSI ATQVE PRÆ-
STANTISS. EQVITIS BOHEMI FILIVM:

Cum in pervetustâ & celeberrimâ Hai-
delbergenſi Academiâ Doctor utriusque Iuris
crearetur, Anno CHRISTI MDCCCXI.
Die xxv. Martij.

SCRIPTVM A

PAVLO MELISSO SCHEDIO, FRANCO,
Sacri Pal. Comite & Eq. consiliario & Bibl. Pal.
cive Romano.



HAIDELBERGÆ.



QVANDO QVE Cynéæ urbis, ad algidum
Moldæ fluentum Misniaci sitæ,
Venit mihi in mentem; recorder
CROPACII STASIIQUE vatum
Fas est, amicè cum quibus admodum
Verèque fraternè a puero simul
Vixi. idque sanè non modò illic,
Austriaco sed & in Lycéo,
Amborum amœno carmine nobili.
Accessit illis & bonus & pius
COLLINVS, osor vanitatis:
Tum probitas mera CODICILLVS,
Et GREGORINI splendidior fides,
Iuxtaque MITIS notitia optimi,
Et ceterorum mens Bohemùm
Candida, quos memorare longum est;
Minerva quando deproperat tuum
Tramæ vetustæ intexere jam recens,
Facunde RADESCHINE, nomen,
Stamine continuatum amoris.
Thaleia dudum tempora laureis
Vincire dignata est tibi frundibus,
Ad hoc (merebantur labores)
Cæsaris usa manu RV DOLPHI,
Vt FERDINANDI, cum mihi; quem tamen
Vorator applûdæ ille Pyrussiæ,
A ij

Fracumque pотор, nauteaque
Fax muriæque, calumniator
Cimdarfus attris roderēdentibus
Nihil veretur, Sed tua non potest
Contenta ferto uno esse tantum
Tot studiis operosa virtus.
Summam necesse est contribuat Themis
In iure palmam; quam referas domum
Tanquam triumphator, Nicrini
Gymnasij memor, ac Poëtæ
Bonos colentis præcipuē viros;
At exsecrantis virus Ibericæ
Pestis, venenososque Colchos,
Atraciæque luem cicutæ.
Honoris alti munere lætior
Prolem coronatam excipiat pater
Plaudente dextrâ, patrijque
Rite Lares reducem saluent:
Suoque alumno sponte repullulans
Gratetur orbæ flos Academiæ;
Prælustris in quâ martyr Hvs vs
Clarisonis Hieronymvsque
Pragensis olim personuit tubis;
Sed non ad aures Pontificum Italûm
Factis, Sigismundi Regis,
Heu nimium patientis astu

A

Frangi

Frangi secundum pacta datam fidem.
Demum & benignis te proceres modis
Regalis amplectantur aulæ,
In patriâque locum paratum, &
Tuo erudito pectore prabeant
Dignum faventes. Cetera tu Deo
Committe Fortunæque, nec non
Verticis ingenuo labori.
Non clade atroci scæva malignitas
Grassaturusque, aut vapulat innocens
Semper, lacenti sæpe vires
Vindice iustitiâ integrantur.

A iij

MELISSI PHALÆCIVM

AD EVMDEM RADESCHINVM.

CANDOR rebus in omnibus probatur.

Candoris proprium est carere fuco.

Candori color uspiamne par sit?

Candorem ergo & amemus & colamus.

RADESCHINE; cyncûmque candidorum

Alborem niveum æmulemur inter

Nos, qui candidulo dicata Phœbo

Vates turba cluemus, & Camenis

Candidis operamur usquequaque,

Emersi nebulis tenebrionum,

Et furvâ filigonum ab attritate,

Corvis Cimmeriis monedulisque

Et pice & titione nigriorum.

Dicamusque animæ fidiiores:

O Candor, tibi serviemus uni;

Tibi uni rata vota nuncupabit

Castis lingua animusque corque verbis.

Iuramus tibi sanctiore pacto,

Æternum fore nos tuos clientes,

Ab Candore nec hocce separatum

Iri unquam, neque cuiquam diremptum.

Testis sit Fidei sacrum sacellum.

Testisque ipsa Fides, & hæc Dextra,

In quâ gesto Fidem, dolo vacantem.

